



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

# **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Medvlla Theologiæ Moralis**

**Busenbaum, Hermann**

**Monasterii Westphaliæ**

Dub. VI. Quæ obligatio Parochorum erga suos?

**urn:nbn:de:hbz:466:1-40957**

Judicer de mariti incōtinentia. 6. Si sine justa causa debitum neget, v. infra l. 6. 7. Si se ingerat in administrationem domus sine justa causa, qualis est, si v.g. maritus prodigus bona familiæ dilapidet. *Sylv. Trul. c. 1. d. 4. n. 18.*

III. Peccat graviter maritus, 1. Si verbis contumeliosis, vel infamatoriis afficiat uxorem. 2. Si impedit illam circa præcepta Dei vel Ecclesiæ, sine justa causa. *Sayr. l. 7. c. 7. Nav. c. 14.* Si verò impedit, etiam sine causa, circa ea bona, quæ consilii tantum sunt, ut est confessio, communio, &c., communiter tantū peccat venialiter, nisi constet, quod magnam ex iis utilitatem percipiat, *Sayr. Fill. Bon. q. 1. p. 7. Trul. 3.* Si cædat graviter, moderatè tamen castigare verbis, vel etiam ex gravi causa moderatis verberibus, habita ratione conditionis & status, quandoq; potest. 4. Si alimenta neget, nisi tamen uxor à consortio mariti propria culpa discesserit. 5. Si negligat gubernationem domus, & rem familiarem. 6. Si uxori nō cohabitet, vel sine justa causa diu absit. 7. Si cum possit alimenta non procuraret, v. *Fill. n. 140 & 141. Nav. c. 14. n. 19. Tol. l. 5. s. 2. Sanch. l. 10. de matr. di. 18. n. 16. Bon. p. 7.*

## D U B I U M VI.

*Quæ obligatio Parochorum erga suos?*

Resp. Curatus, sive Parochus jure divino tenetur,

I. Residere in sua Parochia. *Trid. suff. 23. c. 1. de refor. Bar. de off. Paroch. ca. 8. n. 1. alioqui in conscientia fructus non facit suos, teneturque pro rata absentiae restituere fabricæ Ecclesiæ, vel causæ pie.* *Po.*

Potest tamen ex justa causa & licentia Episcopi ad  
breve tempus abesse. v. Nav. c. 25. A7. t. 2. l. 2. c. 4.  
Posseu. Barbos. Trul. l. 4. c. 1. d. 8.

2. Tenetur administrare Sacra menta, quoties  
& quanto cum periculo. v. infra & Bon. t. 1. d. 4. q.  
5 p. 2. Poss. Barb. ll. cc.

3. Orare pro populo, & celebrare, ut populus  
audiat Missam: quam etiam teneri eum eidem ap-  
plicare diebus saltem festis, & aliquot aliis, docet  
Tol. l. 3. c. 5. Sed negat S. uar. Côn. in 3. p. q. 83. a. 1. d. 11.  
cum nullo jure id cautum sit. v. Bon. q. ult. Barb. l. c.

4. Docere populum, concionando, arguendo,  
&c. per se vel alios, Tol. l. 5. c. 5. Poss. Barb. Trul. ll.  
cc. v. supra.

5. Tenetur singulis diebus Dominicis, & festis  
solennibus populo doctrinam Christianam expli-  
care, per se vel alium, ut constat ex Trid. Seff. 24. c.  
4. de ref. idque sub gravi obligatione etiam juris  
divini, ob summam necessitatem, propter quam  
eos ab Episcopis, aliisq; Prælatis ad id cogi posse  
sub poena excommunicationis, (omnesque alios,  
ut eam audiant, discant & sciant) docet Trul. l. 1. c.  
1. d. 4. n. 7. & 8. Baldel. to. 2. l. 1. d. 4. 8. ex Sanch. Pala.  
Barb. &c.

6. Tenetur infirmos visitare, pauperum curam  
habere, peccata corriger, &c. de quibus Poss. Reg.  
2. 2. l. 20. c. 5. f. 3. Barb. c. 7. v. supra.

## DUBIUM VII.

Quæ obligatio Præceptorum & dis-  
cipulorum?

Resp. Inter Præceptores (idem est de pædago-  
gis)

I s

g i s)